845 ad

Benedictum Prosienski ter et ultra Juris forma vicibus quatuor clamatum et non comparentem in termino primo in poena contumatia ex Regestri ordine ac admissione Officii praesentis Judicialiter condemnavit.

Misiewski **Contux**

Instigator Judicii praesentis et ipsius delator Nobilis Albertus Misiewski Nobiles Vladislaum Oldakowski in Kłoczewo Wierzbowizna haeredem et Mathaeum filium Nobilis Gasparis Kruszewski in Kłoczewo haeredem mutuos facti infrascripti principales et cooperatores cittos ideo Quia ipsi non attenta austeritate legum publicarum contra violatores securitatis publicae sat severe sancita praesertim die forensi constitutionibus Regni cauta tempore certo in protestatione nominando dum et quando Actor de Oppido Nur versus oppidum Ciechanowiecz per Fluvium Nurzec transfugitasset in littore eiusdem fluvii sub Oppido Ciechanowiecz viam liberam publicam in contemptum legum publicarum securitatisque et tranquillitate publicae et quodam privato rancore vel odio inter se mutuo conspirato intercesserunt et hostiliter armata manu cum bombardis unicum pace publica assecuratum irruendo frameis vibratis enormiter vulnerarunt et sauciaverunt et nisi adiutorium Dei et proborum hominum advenisset vita privare conabantur his non contenti equum eius proprium cum toto apparatu et saccis in quibus Ducenti flor erat receperunt quem equum cum saccis et pecuniam ab intercessione bonorum amicorum Restituerunt equum tamen in maximum praejudicium et oppressionem delatorum consecaverunt et debilitaverunt eoque modo pacem et securitatem publicam violarunt prout protestatio latius obloquitur per quod poenas contra eiusmodi violatores et intercessores ac obsanguiviolatores tum et depraedatores viarum publicarum in constitutionibus Regni descriptas succubuerunt pro eisdem super ipsis decernendis Citantur cittone ipsa die his latiori Ad Judicium praesens Castrense Capitaneale Branscense per Nobilem Regni Generalem Nobilem Benedictum Prosienski ter et ultra Juris forma vicibus quatuor clamatum et non comparentem in termino primo in poena contumatia ex Regestri ordine ac admissione Officii praesentis Judicialiter condemnavit.